

Das Schwert des Damokles

In einem seiner philosophischen Werke erzählt Cicero folgende Episode über Dionysios, den Alleinherrscher von Syrakus:

Unus ex civibus, Damocles, celebravit in sermone divitias, pecuniam, aedes praeclarissimas Dionysii eumque beatissimum omnium hominum
 3 appellavit. Dionysius autem eum interrogavit: „Visne igitur, o Damocle, ipse degustare¹ hanc vitam, quae te adeo delectat, et fortunam comperire meam?“ Damoclem id cupientem Dionysius in aureo² lecto collocari
 6 mensasque³ ornari argento⁴ auroque iussit. Tum ad lectum pulcherrimos servos iussit consistere illumque ministrare⁵.

Incendebantur odores⁶, optimi cibi apportabantur. Beatus sibi Damocles
 9 videbatur. Subito gladium e lacunari⁷ saeta equina⁸ supra⁹ caput suum pendere conspexit. Itaque nec pulchros illos servos aspiciebat nec manum porrigebat¹⁰ in mensam, sed terrore commotus nihil nisi illum gladium
 12 spectabat; denique oravit tyrannum, ut abire liceret, cum non iam beatus esse cuperet.

¹dēgūstāre: **ausprobieren** - ²aureus: **golden** - ³mēnsa: **Tisch** - ⁴argentum: **Silber** - ⁵ministrāre: **bedienen** - ⁶odōrēs (*Pl.*): **Räucherwerk** - ⁷lacūnar, -āris *n.*: **(Zimmer-)Decke** - ⁸saeta equīna: **Pferdehaar** - ⁹suprā *m.* **Akk.:** **über** - ¹⁰porrigere: **ausstrecken**